

EMBLEMA XLVII.

Segnities.

XLVII.

Frangit inertia vires.

Quid non blanda facit, mentem furata voluptas!
 Prô quot magnanimos perdidit illa viros!
 Cernis, vt in Dalilæ gremio Saracæius heros
 Dormit, & exitio proximus ille suo est.
 Quàm brevis, & turpis somnus fuit iste voluptas!
 Quot mala priuatim, quot dedit ille palam!
 Ille cui ludus fuerat lacerasse leonem,
 Ille Palæstinis dira ruina plagis,
 Qui Thamuathæas promptus succendere messes,
 Ter centum iunctis vulpibus vssit agros.

Ille